



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Perire honorem, qui indignis tribuitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

C A P V T XXVIII.

Cur non solum malis, sed etiam saepe bonis honores negari,
vel auferri diuina prouidentia patiatur?

Facile quisquis honoratur, quiescit, siue dignus sit eo honore, siue indignus: haud ita facile, cui honor negatur. Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, quae apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo.

Corq; meum penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Num manus affecta recte est, cum in tumore est? aut num quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Sic igitur plerumque ægritudine laborant, qui se se vident honore destitutos. Itaque sanandi sunt. Quamquam non solum ægrotant, qui se se vident esse sine honore, sed etiam in vitio est ille animus, qui tristibus iris idcirco tumet, quia alios videt honorari. De illis prius dicamus. Nam vel indigni sunt honoribus, qui eis non conferuntur, aut auferuntur, vel digni. Si indigni, nulla eis fit iniuria, quid ergo conqueruntur? Quam ridiculus esset agricola, qui indignaretur, quod non electus esset in Imperatorem? Quam stolidus latro, aut prædo, qui pro laqueo speraret, aut postulareret diadema? aut qui gladio dignus se se sceptro dignum iudicaret? Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij; sic qui tribuit insipienti honorem. Si enim testæ fragmentum in lapidum aceruum mittatur, impactum in minutissimas particulas confringitur, ut nullis postea vsibus sit aptum: ita etiam honor insipienti perperam impensus, perit prorsus, & frustra impenditur. Et comminuetur, sicut coneritur lagena figuli contritione prauulida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aqua de fovea. Quo modo honor insipienti, aut impio oblati perit? quia Æthiopem lauat, siquidem non facit eum sapientem aut probum; & ipse vilescit, ut postquam viderint eum deferri indigno, contemnant sapientes, & digni, qui non æstimant id, quod etiam stultis & sceleratis obtingit. Vidi audiuiq; saepe officia quædam, alioquin honorifica, repudiari à sapientibus, eo solo nomine quod vidissent ea, ante se habuisse insipientes.

I

Cic. lib. 3^o
Tuscul. 99

Prou. 26. 8.

Isa. 30^o

Sf

Sell^o

Sella in curuli Struma Nonius sedet.

Ego nolo Consul esse.

nolunt enim mentes generosæ faeces contaminatos tangere; aut id præstare, quod videntur ineptissimi quique præstare posse. Itaque honores indignis collati & ipsi putiscunt, & eos, quibus conferuntur, ludibrio exponunt; sunt enim velut lucerna admodum vestimenta maculatæ, quæ non tam vestem illuminat, quàm maculas detegit. Lapidem pretiosum proijcere in aceruum & congeriem rudium saxorum, est non illa ornare, sed proprium pretium perdere; ita honores indignis tribuere, est illos deformare, ipsosque honores dehonestare; immò & ipsos indignos in exitium promoveri, non secus, ac si quis fundam lapidem in altum eiciat; quò eum altius impellit, eò altius cadit. Enimverò haud rarò seipsum laudat, quisquis indignum honorat. *Libertas*, inquit S. Ambrosius *sapienti, non insipienti conuenit, quoniam (iuxta versionem septuaginta) qui deligat lapidem in fundibulo, similis est ei, qui dat insipienti claritatem, se ipsum vulnerat, atque sibi potius cum intorquet iaculum, affert periculum. Deinde sicut tormento acerbatur & geminatur malum saxi ruina, sic insipientis in libertate ruina vehementior est. Nostra tamen versio est: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, sic qui tribuit insipienti honorem.*

S. Ambrosius
ep. 7. ad Simplicianum.

H.

Veteres Mercurium suum pedibus & brachijs truncum formare solebant; hinc homines inutiles, stolidos, mente captos, & rerum imperitos ligneos Mercurios vulgò appellabant: at in

Iuven. sat. 9.

Nil nisi Cecropides, truncoq; simillimus Herma.

Nullo quippe alio vincis discrimine, quàm quòd

illi marmoreum caput est, tua visus imago.

Itaque qui bardum hominem honore afficit, similis est illi, qui aliquod Mercurij simulachrum vndequaue truncum reueretur. Et sunt profectò quidam idolo magis trunci; quos proinde honorare, est colere idolum, quod qui faciunt, in saxis seminant, nec rarò & ipsi stultescunt. Ut quid enim magistratum, regnum, imperium, exercitum, væcordi, imperito, stupido committunt? Naufragij causa est, qui nauem puero regendam concedidit. Insipiens autem est, & plus quàm puer etiam qui improbus est, aut ad officium aliquod ineptus, illudque appetit. Fit tamen plerumque;

VL